



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

52 Permutatio beneficiorum imaginaria donandi animo facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

52
Permutatio
beneficiorum
imaginarie
donandi ani-
mo facta.

53
Beneficij ma-
ximi cum par-
uo permuta-
tio quando
valeat ; pro
premissorum
condimento.

54
Beneficiola
que vulgo
nuncupantur
Equi cōdu-
ctitij ne ser-
uiūt istis nun-
dinationibus.

55
Quid si mens
permutatium
beneficia sit
ut alter per-
mutationem

in fin. qua in re explicanda quidam Recētiore
infelicius versati fuisse depræhenduntur. Quo-
niam verò beneficia ecclesiastica donari ne-
queunt pro arbitratu possidētium, fit vt & co-
rū permutatio donationis causa fieri nequeat.
Cæterum, si cum beneficiolo quod in titulum
dari consuevit quodque sufficit alioquin ad
mediocriter sustentandam hominis ecclesiasti-
ci vitam permutetur liberaliter beneficiū pin-
guissimum, non ausim permutationem talem
quasi vel imaginariam vel fraudulentam repro-
bare vel ex hac inæqualitate sola suspectam ha-
bere quātumlibet Glauci & Diomedis permu-
tationi vicinam. Cur enim benignitas cōper-
mutantis improbetur? cur bonitas, cur libera-
litas, cū nullius vel fraude vel iniuria cōiunctæ
fraudes improbamus, benignitatē commenda-
mus. Monēdi sunt hic obiter ordinarij benefi-
ciorū collatores ne promiscuè beneficiolara-
lia, quasi cōductitios equos quosdā, beneficia-
libus istis nundinationibus inseruire patiātur.

Ex his non difficulter constitui potest quib-
nam de beneficiorum permutatione tali sit ser-
tiendum qua permutatēs ita sunt animo com-
parati vt postquam alter eorum alterius benefi-
cium acceperit, alter vicissim alterius benefi-
cium non recipiat sed alter vtrumque retinet
altero videlicet alteri lubenter gratificanti,
nulla tamen interueniente, dum permutatio-
nis contractus iniretur, pactione vel conuēti-
one vlla expressa de non vrgenda permutatione
impletione. Res exemplo fiet illustrior. Quod